





DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA,

De

1697

24

~~24~~  
337

# HOMICIDIO.

*Quam*

P R Æ S I D E  
DEO TER OPT. MAX.

Ex

DECRETO & AUTHORITY

*Amplissimi, Excellentissimi, & Consultissimi*

JCTORUM ORDINIS,

In Inclyta & Illustri Electorali, quæ Teutobur-  
gi Clivorum floret, UNIVERSITATE.

Pro summis in UTROQUE JURE Honoribus & Pri-  
vilegiis Doctoralibus ritè obtinendis

*Eruditorum Examine publicè subicit*

JOHANNES THEODORUS RHAMACKER,  
Hammonensis Marcô - Westphalus.

*In Auditorio majori ad diem Julii 1697.  
horis solitis.*



DUISBURGI ad RHENUM,  
Typis JOHANNIS SAS, Academiæ Typographi,  
Anno M. DC. XCVII.

DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA

THOMAS

DEO TERRAE MAX.

DEGRATO & AUTHORITY

THEODORUS RHMACKER

Pro laudibus in URROBIE JURE Honoribus & Pi-

JOHANNES THEODORUS RHMACKER

in Academia majori ad dnm

DUISBURGI AD RHENUM,  
Typis JOHANNIS SAS, Academiae Typographi,  
Anno M. DC. XCVII.



SERENISSIMO ET POTENTISSIMO  
PRINCIPI, AC DOMINO,  
D O M I N O

FRIDERICO  
TERTIO,  
MARCHIONI BRAN-  
DENBURGENSI,  
S. R. I. ARCHI-CAMERARIO  
ET ELECTORI,  
SUPREMO BORUSSIÆ  
PRINCIPI;

MAGDEBURGI, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIUM,  
STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM, VAN-  
DALORUM, NEC NON CROSNAE IN SILESIA

D U C I;  
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI;  
PRINCIPI  
HALBERSTADII, MINDÆ, & CAMINI,  
C O M I T I  
ZOLLERIÆ, MARCÆ & RAVENSBERGÆ,

DOMINO  
RAVENSTEINI  
TERRARUMQUE LAUENBURGI & BUTOVIÆ  
&c. &c.

P A T R I P A T R I Æ

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

INTER ARMA SILENT LEGES:

Sed &

INTER ARMA LOQUUNTUR LEGES:

Principum enim Majestatem oportet esse

Legibus armatam, Armis decoratam:

Sic utrumque tempus

Pacis & Belli

Recte & ordine gubernatur.

Cupida Legum Juventus inter tot alios,

SERENISSIME ET POTENTISSIME ELECTOR,

utrumque in TUA SERENITATE admiratur,

Quam Leges & Arma juxta ornant.

LEGUM vero & PATRIÆ PATRI,

quòd Legum Candidatus

Inter Armorum toto orbe strepitum has Legales pagellas

dedicem, offeram, consecrem,

ex Lege facio,

qua

*Domino cedunt fructus in ejus fundo nati.*

Horum ego qualiumcunque studiorum meorum fructus,

DOMINE CLEMENTISSIME,

TUÆ SERENITATI ELECTORALI devotissima

subjectione Dico: Et ut porrò maturescant sub AUGU-

STI TUI favoris radiis, cum voto perpetuæ in

AUGUSTA DOMO BRANDEBURGICA

Felicitatis, submississima veneratione

& religione rogo,

TUÆ SERENITATIS ELECTORALIS

Subjectissimus ac devotissimus servus

J. T. RHAMACKER,  
Hammonensis.



Q. D. T. O. M. B. V.

DISSERTATIONIS INAUGURALIS  
JURIDICÆ

De

HOMICIDIO.

Thesis I.



Uàm perniciosum & horribile sit crimen  
homicidii apud Deum, in Rempublicam  
damnosum, & in proximum injuriosum,  
ignorare non potest, quisquis sana ra-  
tione perpenderit quod ipsa natura inter  
homines cognationem constituerit. Atrox  
itaque facinus esse oportet alterius hominis sanguinem  
ab altero effundi; Nam & imago Dei per hoc violatur  
*c. 2. x. de homicid.* Respublica civibus utilibus ac mem-  
bris suis injustè orbatur *arg. l. 1. ff. solut. matrim. Dam-  
hud. in pract. c. 67.* Insuper terra per sanguinem effusum  
ita polluitur, ut mundari nequeat, nisi homicidæ san-  
guis vicissim effundatur *Num. cap. 35. v. 31. & c. 25. v. 4.  
1 Reg. c. 14. v. 16. Deut. c. 20. v. 7. & 8. 1 Sam. c. 15. v. 23.*  
Quapropter de materia hac ardua & criminali improbo  
huic ævo maximè frequente (quandoquidem & tristes  
aliqui ejus casus hujus tractationis non levis occasio haud  
A pridem

A

pridem

pridem in patria mea contigerunt) impræsentiarum in disputatione inaugurali, quantum ingenii mei tenuitas permittit, nonnulla differere, ac publicæ disquisitioni subicere, Bono cum Deo constitui; cujus auxilio ad omnia consilia omnesque actus feliciter expediendos, summè necessario hoc quoque Institutum meum submisè defero & commendo.

Th. II.

Dictum est homicidium à cæde hominis, quasi hominis cædium. Describitur in genere quod sit, quælibet vitæ hominis ereptio quâ anima à corpore separatur *l. ii. §. 3. ff. ad L. Aquil. VVesenb. in paratit. ad L. Corn. de Sic. n. 4. Harpr. ad Inst. de publ. Jud. §. i. n. 6.*

Th. III.

Homicidium in genere dividitur in dolosum seu voluntarium, culposum, casuale & necessarium *tot. tit. x. de homicid. vol. & cas. VVesenb. in paratit. hic n. 5. ibidem Hahn. in fin. Clar. d. §. n. 1. Damh. c. 67. & seqq. Gom. 3. resol. 3.* Voluntarium describitur quod sit delictum publicum quò homo dolosè & ex προαίρεσι è medio tollitur germ. **ein muhtwilliger vorsätzlicher thotschlag** / Dolus hic facit ut pœnæ legis Cornelix de Sicariis locus sit *l. i. §. 3. l. 7. 14. & 16. ff. h. t. l. 1. & seqq. C. eod. VVesenb. cit. loc. n. 6. 12. & 16. Clar. d. loc. n. 17. & seqq. Gom. d. c. 3. n. 15. & seqq.* Sicarii autem nomine venit qui quocunque teli genere (quo nomine quid intelligatur explicat *l. 233. ff. de V. S.*) occidit hominem cujuscunque sexus vel conditionis *d. l. i. §. 2. h. t.* servus ille an liber fuerit *l. 23. §. 9. ff. ad L. Aquil. l. 3. C. eod.* fœmina an masculus, infans an adultus *l. 8. ff. & l. 8. C. h. t. l. 39. ff. de pœn. dives an pauper, nobilis an plebejus Const. Car. Crim. art. 137. ibi ein jeder 22.* quod vocabulum omnem respectum per-



personarum tollit; In Judiciis namque respectus personarum minimè considerandus *C. in judiciis de R. 7. in 6.* Præsertim in delictis gravioribus per Legem Divinam prohibitis *l. 12. ff. de accusat. 1 Reg. c. 2. v. 31. 32. & c. 21. v. 19. Tiraq. de Nobilit. 20. n. 13. & seq. Ful. Clar. in pract. §. homicidium n. 18.* Hominem nimirum occidere indifferenter absque personarum distinctione Justissimus Legis lator Deus prohibet *Gen. c. 9. v. 5. Exod. 21. Deut. 9.* cum ait Ego sanguinem vestrum, animarum vestrarum reposcam, ab omni bestia reposcam illum: adeoque de manu ipsius hominis, de manu cujusque fratris ipsius reposcam animam hominis; Omnis namque homo ad imaginem & similitudinem Dei factus est *d. c. 9. v. 6. Gen. c. 1. v. 27. Eph. c. 4. v. 24. l. 17. C. de pæn.* Cásuale dicitur quod non ex proposito sed casu fortuito præter intentionem facientis est commissum; Culposum quod ex negligentia committitur; Necessarium quod ex Necessitate vitæ defensionis gratia præcipiente seu permitte naturâ committitur; de quibus nunc ordine in sequenti discursu plura dicam.

Th. IV.

Homicidii voluntarii seu dolosi pœna est gladius tam de Jure Divino *Levit. c. 24. Matth. c. 26. v. 52.* Quicumque acceperint gladium, gladio peribunt *Apoc. c. 13. v. 10.* si quis gladio occiderit, oportet eum gladio occidi, quàm humano, & quidem Jure Civili, per legem Corn. olim statuta fuit pœna aquæ & ignis interdictionis, in cujus locum surrogata deportatio & omnium bonorum ademptio *l. 3. §. fin. ff. h. t.* postea hoc crimen punitum est capite, sub hac tamen distinctione ut nobilioribus deportationem in Insulam, humilioribus verò pœnam gladii dictaret *§. 7. Inst. de P. 7. l. 3. §. pen. ff. eod. l. 38. §. 8. ff. ad L. ful. de adult.* Hodie Jure novissimò indistinctè

in omnibus personis est constituta pœna mortis; Lex namque Cornelia ultore ferro persequitur homicidas §. 5. *Inst. de P. 7.* æquum enim est, ut quod homicida fecit, semper exspectet *l. 3. C. de Episc. Aud. Carpz. tract. Crim. p. 1. q. 2. n. 8.* quod etiam confirmatum reperitur in *Const. Car. Cr. art. 137. & art. 148.* ibi *Ein jeder mörder oder thotschläger / wo er deßhalben nicht rechtmässige entschuldigung ausführen kan / hat das leben verwirkt / und sol mit dem schwerdt vom leben zum thode gestraffet werden vid. quoque Carpz. dict. tract. q. 1. & seqq. Id. in Jurispr. for. p. 4. c. 4. d. 9. & seqq.* quæ pœna gladii aliquando etiam propter varias circumstantias, quas Judex æstimabit, aggravatur *d. art. 137. in fin. l. 16. ff. de pœn. Cz. q. 7. n. 33. q. 46. n. 16. l. 18. ff. de in jus voc. vel etiam mitigatur, uti inferius dicetur.*

Th. V.

Pœna gladii adeò huic crimini est commensurata & præscripta, ut nec Princeps nec Imperator ex plenitudine potestatis homicidam dolosum & manifestum à pœna mortis liberare ejusque remissionem indulgere possit *arg. Lev. 19. v. 15. Deut. 25. v. 1. & seqq. 1 Sam. 15. v. 9. Besold. lib. 2. politic. c. 2. n. 19. v. 4.* Nisi ob necessarium & majus aliquod Reip. commodum *l. 2. C. de general. abolit. & arg. l. 31. ff. de pœn.* quia pœna ab æterna Dei ac naturæ lege dictata vix etiam quo ad civilem utilitatem veram & genuinam rectè remittitur *Cz. tr. Crim. p. 3. q. 150.* Unde injunctum est populo Israelitico sceleratis ne parceret, neque occultaret reum, sed auferret malum è medio *Deut. c. 13. v. 8. & c. 17. v. 12. Arnise de Jure Majest. lib. 2. c. 3. n. 6.* Quapropter etiam *Num. 35. v. 31.* commiseratio istius criminis nominatim prohibetur *vid. quoque Bodin. lib. 1. de Rep. c. 50.* Si tamen singulares concurrant

currant circumstantiæ mitigantes aliæve moventes causæ aliter dicendum foret *Cz. d. q. 150. Dan. Classen tr. de fure aggrat.* aut si salus publica tanquam suprema Lex remissionem efflagitaret; aut etiam ob singularia bene-merita delinquentis, vel propter excellentiam artis, qua delinquens Principi & Reip. commodo esse possit, pœna ordinaria homicidii commutari potest in extraordinariam, vel etiam à Principe, non item à Judice plane remitti *l. ad bestias 31. ff. de pœn. Gail. 2. obs. 110. n. 41.*

Th. VI.

Antequam vero pœna gladii locum habeat, necesse est ut non tantum constet de facto ipso, sed & de ejus qualitate dolo scil. malo perpetratum esse *l. 1. §. 24. ff. ad S. C. Syllan. Deut. 17. §. 4. Const. Car. art. 149.* de animo occisoris doloso ante omnia legitimè, liquidè & plenè constare debet *l. 7. ff. h. t. Const. Car. art. 131. in pr. ibi boßhafftiger williger weise ertödtet & in §. 1. ibi durch boßhafftigen vorsatz Farinac. in prax. Crim. lib. 1. tit. 1. q. 1. n. 6.* In dubio enim satius est impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare *l. 5. ff. de pœn. Wesenb. in par. hic. n. 19.* Sed & de corpore occisi ut constet necesse est *Const. Car. art. 178.* nimirum quod mors ex percussione sit sequuta, & quidem per se non per accidens *l. 30. §. fin. & l. 51. pr. ff. ad l. aq.* Hinc solet Judicialis vulneris inspectio fieri *d. art. 149.* & licet mors aliquando sit sequuta, potest tamen à percussore videri causata non nisi remotè; Remota vero causa non est sufficiens ad pœnam legis Corn. infligendam, sed reus tantum de vulnere tenetur, quia ex symptomatibus, & ex incuria vel non adhibita debita diligentia Medicorum & Chirurgorum potuit diem obiisse supremum *Const. Car. art. 147. l. 30. §. ult. ff. ad l. aq. Cz. p. 1. q. 26.*

A 3

Insu-

Insuper uti paulo antedictum, requiritur animus, ut quis dolo malo intendat delinquere, culpa enim licet dolo proxima, ad legis Cornelix pœnam infligendam sufficiens non est *per d. l. 7. ff. h. t. l. 23. §. 3. ff. de Edilit. Edict. l. 1. C. h. t. l. 1. §. 3. & l. Qui eadem 16. ff. eod. Dec. cons. 482. n. 7. & cons. 622. n. 1. Strauch. ad ff. diss. 29. §. 7. Romul. de homicid. part. 2. n. 296.* Hinc si animus dolosus cædem faciendi absit, sed quis volens alicui injuriam irrogare, aut bacillo *mit einem Handstock* / vel alio instrumento, non verisimiliter ad interneccionem apto, capiti aut corpori levem plagam *einen Jägerstreich* inferre, tamen non potuit concurrente fato adeò manum temperare, quin præter vulnerantis intentionem alter occideretur, tali casu percussor tanquam voluntarius homicida pœnâ ord. non veniet puniendus *l. 53. pr. ff. de furt. l. 1. §. 3. & seq. ff. h. t.* sed extraordinem lenius cum eo agetur *C. cum voluntate desent. exc. C. significasti in fin. x. de homicid. l. 1. & l. 5. C. eod. Mascard. de prob. conclus. 864. n. 4. volum. 2.* Sin vero gladiò, hasta, lapidibus, ferrò, securi, bombardâ, sclopetò, flagellò frumentario, pedò *Hirten keule* vel simili instrumento lætifero & ad cædem faciendam apto delinquens usus fuerit, exinde animus dolosus præsumitur *Num. 38. §. 18. l. 1. C. h. t. d. l. 1. §. 3. ff. eod. Frantz. 2. resol. 18. n. 35.* quæ vero arma in specie talia sint, unde dolus verisimiliter præsumi possit, prudentiæ Judicis æstimandum relinquatur *arg. l. 1. ff. de jure delib. qui diligentissimè exactissimeque perpendet, à quo, quomodo & in qua parte occisi facta sit percussio Bart. ad d. l. 1. §. 3. h. t. Menoch. de arbitr. jud. cas. 361. Felin. in C. significasti x. de homicid.*

Th. VII.

Vulnerans aliquem lethaliter, quem superveniens alius  
postea

postea occidit, tenentur ambo lege Corneliâ de Sicariis, si nimirum prius vulnus extra omne dubium lethale fuerit; Nam cum vulnerans dederit sufficientem cædis causam non est quod excusetur etsi alter postea occiderit *arg. l. si. pr. ff. ad l. aq.* Sin vero vulnus tale sit, ut posset quidem afferre mortem, incertum verò sit an ex eo mors fuisset necessariò sequutura, prior vulnerans non nisi de vulnerato tenetur, quia non certò constat an occiderit, vel tale vulnus fuerit, quod necessariò attulisset mortem; Nam in pœnalibus leges sunt procliviores ad absolvendum quam ad condemnandum 2. *Feud. tit. 28. §. adhoc*, Et hoc casu posterior duntaxat de occiso tenetur qui verè occidit *arg. l. ii. §. 3. & l. 15. ff. ad l. aquil.* si vero mors posterior non manu hominis, sed alio eventu contigit, prior vulnerans tantum de vulnerato, non de occiso tenetur *per l. huic scripturae 15. §. 1. ff. h. t.* quia ex casu fortuito, qui postea accidit, minimè potest colligi, an vulnerans occiderit; de Jure Can. si vulnus fuerit lethale uterque incurrit irregularitatem *C. Significasti 18. n. 1. & 6. x. de homicid.*

Th. VIII.

Eum qui ad mandatum alterius absque mercede (nam si pecunia intervenit in specie dicitur assassinium *c. 1. de homicid. in 6to*) alium occidit hâc lege teneri indubitatum est, cum cædem perfecerit *l. 12. §. ii. ff. Mandat. l. 5. C. de accusat.* nec minus mandanti eadem pœna irrogatur *d. c. 1. l. ii. pr. & §. 3. ff. de Injur. l. 15. ff. h. t. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi arm. l. 7. §. fin. ff. de jurisdict. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem factum. C. Mulieris 6. in fin. de sentent. ex commun. Clar. in prax. Crim. §. fin. q. 89.* Cum mandans non tantum deliquerit in cæsum, sed & in se ipsum & mandatarium; Mandatarius verò non nisi in  
occisum

occisum deliquit, merito igitur non minus in mandan-  
tem (nisi pœnitentia ductus mandatum re integra revo-  
caverit, & id exequi mandatario expressè prohibuerit  
*Zæf. ad ff. h. t. n. 12.*) quam mandatarium delicto sub-  
sequuto & consummato pœna gladii decernitur *arg. l. 7.*  
*§. fin. ff. de Jurisdic. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fact. l. 1. §.*  
*13. ff. ad Sctum Turpill.* quia quod quis per alium facit id  
iple fecisse censetur *C. Qui facit 72. de R. 7. in 6to l. 169.*  
*& ibi Dec. ff. eod.* nihil enim interest, quod ad pœnam  
legis corneliæ, occidat quis, an causam mortis dederit  
*d. l. 15. ff. h. t.*

Th. IX.

De eo qui hominem Vulnerari tantum mandat factâ  
seriâ occisionis inhibitione, si mandatarius nihilominus  
occidit, quid statuendum sit ambigitur. Distinctione  
tamen controversiam dirimi placuit: an sc. mandatarius  
absque mandato, sua voluntate occisurus erat, & hoc  
mandans ex conjecturis certò crediderit, v. g. si man-  
datarius capitalem inimicitiam cum occiso habuerit, vel  
minæ aut præparatoria homicidii præcesserint, mandans  
non tenetur ratione occisionis, quam expressis verbis  
prohibuit, sed tantum vulnerationis *Bach. ad Treut V. 1.*  
*D. 27. th. 3. lit. G. Dec. in tract. crim. lib. 9. n. 14.* sin vero  
mandatarius delictum proprio motu non fuisset factururus,  
subdistinguitur *juxta l. 1. §. 3. ff. h. t.* an mandans bom-  
bardâ vel sclopetô, gladiô, securi, ligone herbario  
**frant hacken** / vel aliô instrumento lethali vulnerari, an  
vero flagellis, baculô parvô, vel alapis, manu tamen  
vacua, **mit flacher handt** / occisum cædi jussit, priori  
casu, quia ex instrumentis, ad cædem perpetrândam  
aptis, præsumitur animus dolosus, ad id ex quo proxi-  
mè, immediatè & necessariò mors sequitur, tam man-  
dans

dans quam mandatarius hac lege tenentur *d. l. 15. ff. h. t. l. 38. §. 5. ff. de pœn. l. 5. C. de accusat. l. 11. §. 3. ff. injur. Bald. in l. cum mandati 12. C. mandat. posteriori casu, quia mandatarius præter voluntatem mandantis alio graviore instrumento occidit, & ita præscriptum modum non servavit, sed mandati fines excessit, quos omnino custodire potuit ac debuit *l. 3. §. 2. v. sed ex Scto ff. h. t. mandans autem neque primario, neque secundo de homicidio cogitavit, non erit Mandanti cædes attribuenda, & consequenter non ordinariâ ille legis Corneliæ pœnâ, quia dolus abfuit in homicidio requisitus *l. 1. pr. & §. 3. d. l. 7. ff. h. t. sed arbitrio Judicis tantum ratione culpæ punitur C. fin. de homicid. in 6to l. 1. pr. & l. 7. C. h. t. d. l. 1. §. 3. ff. eod. Menoch. arbitr. Jud. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 352. n. 2. & 3. Decian. in tr. Crim. lib. 9. cap. 36. n. 11. Cz. q. 4. n. 17. & 18. Mandatarius vero ordinariâ pœnâ afficiendus erit *Exod. 21. v. 12. Menoch. 2. cas. 351. n. 3.****

Th. X.

Homicidium etiam ex errore & ignorantia personæ commissum v. g. si quis occidat Titium quem putat esse Mævium; punitur pœnâ ordinariâ *arg. l. 18. §. 3. ff. de injur. ubi injuria afficiens Titium quem putat esse Cajum Sejum, tenetur injuriarum, quia semper inspiciendum est quid principaliter intentetur *Gail. 2. obs. 110. n. 16. sc. injuriam facere, quod etiam ad effectum perduxit. Perinde autem ut ibi quis animum habuit injuriandi, ita quoque hic occidendi, non quidem eum in specie, quem peremit, sed in genere dum voluit è medio tollere. *Facit l. 9. C. ad L. Jul. de Vi publ. & priv. Cz. p. 1. q. 5. Bart. ad l. 11. in fin. ff. de pœn. Bald. ad l. si quis non dicam rapere***

B

s. C. de

*s. C. de Episc. & Cler. Gom. c. 3. n. 34. & 35. Damh. c. 87. n. 7. Sand. s. decis. 9. defin. 6. Philipp. Matth. ad l. 56. ff. de R. 7. l. 45. §. 4. ff. ad l. aquil. ubi qui defendendi causa lapidem in adversarium miserit, non vero eum sed prætereuntem percusserit, tenetur lege aquilia arg. l. 20. in fin. C. de furt. l. 7. C. h. t. Fach. 1. controu. c. 37. Trent. v. 2. D. 32. th. 6. lit. A. Arum. Exerc. 20. th. 13. Gom. lib. 3. var. resol. c. 3. n. 37. Nam si is qui telo saltem obambulaverit hominis necandi gratia, licet non occiderit, olim hac lege tenebatur l. is qui cum telo 7. C. h. t. §. 5. Inst. de P. 3. l. 1. pr. ff. h. t. multo magis tenebitur hac pœnâ, qui non tantum occidendi animo cum telo obambulaverit, sed simul etiam hominem occiderit, licet non eum quem occidere intendebat; Fuit enim in doloso proposito alium occidendi, qui animus dolosus in genere sufficit in crimine homicidii, etsi error personæ intervenierit, ut pœnæ ordinariæ locus sit d. l. 7. & d. l. 18. §. si injuria 3. ff. de injur. Bart. ad d. l. 11. §. 2. de pœn.*

Th. XI.

Consentiens in homicidium dum actu fit ipsius consentientis nomine, quia æquiparatur tacito mandato, utique hac lege tenetur *Zæf. ad ff. h. t. n. 22.* quod tamen non extendendum ad ratihabitionem homicidii jam facti licet suo nomine, *ibid. n. 23. Gloss. in C. si quis viduam s. distinct. 50.* quia per ratihabitionem sequentem non fit causa damni antea dati *Struv. Exerc. 48. th. 12.* Qui non impedit quo minus cædes fiat, cum in omittendo tantum peccet contra legem charitatis, pœnâ homicidii non est afficiendus, sive dolò agat sive absque eo, quia non concurrat ad cædem, uti requiritur; Si tamen ad id impediendum tenetur ex Justitia ratione forte officii, non videtur immunis à pœna, cum habeatur pro faciente

*C. qui*



*C. qui non facit de R. 7. in 6to Covar. in C. Peccatum p. 2. §. 3. n. 5. quò tamen etiam casu non ordinaria legis Corn. pœna locum habebit, sed arbitraria, nisi gravius ei damnum immineret, quo casu plane absolvendus est Zæf. hic. n. 24.*

Th. XII.

Consultor quoque homicidii hac lege tenetur, quod tamen tum demum procedit, si is, cui consilium datum est, per hoc motus est ad cædem perpetrandam, quam alias non erat perpetraturus *l. non solum ii. §. attilicinus 6. ff. de injur.* Nudum consilium autem, quo parato consuluit occidere, tantum locum facit pœnæ extraordinariæ *l. 10. §. 7. ff. Mand. l. 1. §. 14. ff. depos. l. 20. ff. de his qui not. infam. Menoch. 2. arbitr. cas. 351. n. 22.* quam mors fuerit insequuta: De auxilium & opem præstante non est dubium quin eandem pœnam ordinariam sustineat *Zæf. hic n. 22.* si modo ad actum proximum, non remotum concurrat *Const. Car. art. 148. Struv. Exerc. 48. th. 12.*

Th. XIII.

Si plures unum interfecerint, omnesque destinata voluntate & facta conspiratione in hoc consenserint, omnes ordinariæ legis Corn. pœnæ subdentur, siue unus, siue plures percusserint, siue de authore constet siue non *Const. Car. d. art. 148.* ibi *So esliche persohnen mit für-gesetzten und vereinigten willen und muht / jemand bößlich zu ermorden / einander hülff und beystandt thun / dieselbe thäter alle haben das leben verwircket l. 7. & 8. ff. de jurisdict. l. 17. ff. h. t. Gail. 2. obs. 109. n. 10. Menoch. 2. arbitr. cas. 362. l. 1. §. 3. ff. h. t. l. 1. C. cod. l. 53. pr. ff. de furt. l. 33. ff. de injur. Treut. V. 1. D. 18. th. 9.* Si verò ho-

travit liquidò constat, is solus ordinariâ poenâ plectitur *d. art. 148.* ibi **So aber etliche persohnen** *l. 11. §. 2. ff. ad leg. aquil.* Cæteri tantùm de vulnerato tenentur *d. art. Gail. prox. cit. loc. n. 2.* quando verò non constat certò de eo qui vulnus mortiferum intulit, omnes extraordinem puniuntur, multâ, vel carcerê, vel relegatione *l. fin. ff. h. t. d. art. 148.* ibi **auch so einer in einem aufruhr** *Gail. d. loc. n. 1.* Is tamen, contra quem suspiciones & indicia sufficientia adsunt, de lethali vulnere inflictò, torqueri potest *Cz. q. 25. n. 33.* si occisus à pluribus vulneratus fuerit lethaliter, & de his satis constat, sed quis eorum primo vulneraverit, & cujus manu interfectus occubuerit ignoretur, omnes poenæ gladii obnoxii *d. art. 148.* ibi **were aber der entleibte durch mehr dan einen** *arg. l. 11. §. 2. ff. ad l. aquil. Cz. q. 25. n. 24.* sin autem plures vulneraverint, sed singulorum vulnera non fuerunt lethalia, simul vero sumpta mortem attulerunt, omnes arbitrariè à Judice puniendi veniunt *d. art. 148.* in verbis **und man mögte keinen wissen;** sed quid eò casu de authore rixæ dicendum foret, an is quoque teneatur poena gladii? quod *Cz. d. q. n. 50.* negat, sed arbitraria coercebitur, pro ratione circumstantiarum **nach der größe se seines unfuges und mutwillens** *sep. cit. art. 148.* limitatur: Nisi author rixæ fuerit homo contentiosus, malæ frugi, & qui communiter rixas excitare, & alios ad pugnam provocare consuevit, jamque aliàs simile delictum commisit, tunc non obstante incertitudine pugnantium, talis ad eliciendam veritatem torturæ subjici potest *Gail. cit. obs. 109. n. 4.*

Th. XIV.

Hactenus dictum de homicidio simplici, sequitur qualificatum, quod propter varias intervenientes circumstantias

stantias aliud nomen induit, ut est primo Veneficium, quod etiam hac lege vindicatur *l. 1. pr. §. 2. l. 3. pr. & §. 5. ff. h. t. §. 5. Inst. de P. 7. l. 28. §. 9. ff. de pæn.* quando malò veneno (ad differentiam veneni boni, uti videri potest *in l. 236. ff. de V. S. & d. l. 3. §. 2. ff. h. t.*) quis interficitur per *ll. prox. cit.* Estque hoc crimen atrocissimum; Nam plus est hominem occidere veneno quam gladio *l. 1. C. de Malef. & mathemat. Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 4. n. 15. & 16. Const. Car. art. 130.* quia minus præcaveri & vitari potest; Non tantum hac lege tenetur qui venenum emit & applicat, sed & qui hominis necandi gratia istud præparant & distrahunt *l. 1. §. 1. l. 3. pr. ff. h. t. §. 5. in fin. Inst. de P. 7. Const. Car. art. 37.* nec non illi quorum fit mentio *in d. l. 3. §. 3.* Quapropter hodiè in benè constituta Rep. pharmacopæis injungitur, ut sub fide juramenti promittant, se venenum in consulto magistratu non cuivis vendituros, secundum *d. art. 37.* & jure quidem Civili licet mors non fuerit insequuta, nihilominus venditor veneni pœna ordinaria tenetur *Gentil. ad l. un. C. de Malef. & Mathemat. l. 35. §. 2. ff. de contrab. empt. l. 4. §. 1. ff. famil. hercisc.* Hac tempestate ex ordinatione criminali *art. 130.* delictum consummatum puni- tur in masculis Veneficis rotæ contusione, in fœminis aquæ suffocatione, modò certò constet venenum noxium esse propinatum, animo occidendi, indeque mortem immediatè sequutam *Const. Car. art. 178.* Quod Judi- ci & peritis medicis dijudicandum relinquitur *arg. l. 6. C. de Re milit. Gentil. ad d. l. Un.* Aliàs tantum extraor- dinariè punitur *d. art. 178.* Certis tamen causis & circum- stantiis intervenientibus prædicta pœna rotæ ordinaria Veneficii ad pœnam gladii mitigari solet, ita tamen ut pro ratione delicti, reus trahæ injectus ad locum supplicii

raptetur, vel cadaver post decapitationem rotæ imponatur; E contrario, ut alii deterreantur, exempli statuendi causa, quoque exasperatur pœna in Veneficio aliquoties reiterato; & pluribus veneno necatis, & pro numero necatorum Venefici candentibus forcipibus ante supplicium rotæ aduruntur *Const. Car. d. art. 130.* Quomodo illi sint puniendi qui magicis artibus ad interficiendum hominem utuntur clarè exponit *art. 109. Const. Car. Cz. p. 1. q. 48. 49. & 50.* quo brevitatis amore fit remissio.

## Th. XV.

Secundum homicidium qualificatum dicitur parricidium, præ omnibus scelestissimum & Maximè nefarium, quod committitur in conjunctas personas, dolosè eas occidendo §. 6. *Inst. de P. 7.* Dolus requiritur pro forma ut pœnæ parricidii ordinariæ locus sit *d. art. 131.* Unde si crimen hoc præter intentionem facientis sit perpetratum, hujus legis pœnæ ordinariæ non est obnoxius, sed pœnam extraordinariam à *Carpz. q. 15.* distinctim dictam luet. Proprium est cædes parentum & liberorum, Improprrium reliquarum personarum conjunctarum; Si committitur illud homicidium in linea recta inter ascendentes & descendentes, liberi sive sint legitimi sive naturales vel spurii, incestuosi & adulterini parum refert, obtinet pœna culei, ut sc. parricida virgis sanguineis verberatus, deinde culeo seu sacco coriatio insutus, cum feris animalibus, cane, gallo gallinacio, vipera & simia in vicinum mare aut flumen projiciatur, ut ita omnium elementorum usu vivus carere incipiat *l. Un. C. de his qui parent. vel lib. occid. §. 6. Inst. de P. 7. l. 9. pr. ff. ad L. pomp. de parr.* Hodie pro qualitate regionum vel dicta pœna infligitur, ita tamen ut loco culei ex corio facti, saccus linteus,

lintheus, ut ita citius periat, ne in desperationem incidat, loco simiæ, felis, loco serpentis, si haberi non possit, serpens in charta, aut lintheo depictus adhibeatur Cz. q. 8. Mulieres quoque Infanticidæ alicubi vivæ defodiuntur Const. Car. art. 131. vel etiam ubi aquæ commoditas deficit, pœna gladii dictari, & cadaver rotæ imponi solet appenso baculo; Conscii istius criminis & simul consiliorum vel auxilii participes, luent eandem pœnam quæ parricidis debetur l. 7. ibi conscii criminis C. de pagan. l. 16. pr. ff. de pœn. l. 6. ff. ad L. Pomp. de parr. §. 6. Inst. de P. 7. Qui vero nudam ejus scientiam, absque ulla participatione habent, puniuntur extraordinem relegatione l. 2. ff. ad L. Pomp. de parr. Zas. eod. n. 2. VVissenb. th. 3. & 5. Ob crimen hoc immane tantum attentatum de Jure Civili obtinet ordinaria parricidii pœna l. 1. in fin. l. 6. & 7. ff. ad L. Pomp. de parr. quod tamen in desuetudinem abiit: Hodiè si ad actum proximum deventum fuerit, & persona exinde damnum aliquod irreparabile passa est, pœna gladii locum habet, sin secus fustigatio obtinet: Si non deventum fuerit ad actum proximum v. g. filius quidem emit venenum, sed pœnitentiâ ductus id non propinavit, locum sibi vindicat relegatio vel mulcta pecuniaria vid. Cz. q. 17. per tot. Cessare volunt planè pœnam parricidii, si filius patrem, vel vice versa, ad patriam delendam venientem occidit l. minime 35. ff. de relig. & sumpt. fun. ubi statuitur, quod is non tantum sine scelere agat, verum etiam præmio afficiendus sit. vid. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 1. q. 90. n. 43. & seq. Harpr. §. 6. Inst. de P. 7.

Th. XVI.

In linea collateralis si parricidium committatur, obtinet ordinaria homicidii pœna, ut & in affinitate & inter conjuges

conjuges commissum *l. 9. §. 1. ff. ad L. Pomp. de parr.* Reus tamen augmenti loco antequam decollatur, ferro candenti aduritur, & trahæ injectus ad supplicium trahitur *Const. Car. art. 137.* solet quoque cadaver rotæ, vel caput amputatum stipiti imponi *Brun. in Process. inquisit. c. 9. n. 73. Harpr. ad §. 6. I. de P. 7. VVesenb. ad d. §. 6. Inst.* Si sponsus sponsam, vel vice versa, ante copulam sacerdotalem occiderit, non ordinaria parricidii, sed gladii pœna locum habet *Carpz. p. 1. q. 12. VVesenb. tit. ad L. Pomp. de parr. n. 9. & ibid. Hahn.* Quæ etiam obtinet si Vitricus, Noverca, Socer, generum, nurum, & privignam, vel vice versa occidat *per d. l. pœna parricidii 9. §. 1. ff. ad L. Pomp. de parr.* ubi duntaxat patris & matris, avi & aviæ, non cæterarum personarum, quo ad pœnam parricidii fit mentio; Quod itaque lex non cantat, nec nostrum est cantare *Nov. 18. c. 5. in fin. l. 64. §. 9. ff. solut. matr.* quia prædicti verè parentes non sunt, sed ex interpretatione loco parentum solummodo habentur *l. 4. ff. de in jus voc.* Trahæ tamen impositi ad supplicii locum raptantur, *werden geschleiffet zum gericht's platz* & post executionem cadaver rotæ imponitur *Cz. q. 9.*

Th. XVII.

Qui infantes exponunt quâ pœnâ sint afficiendi ex sequentibus, adhibita hac distinctione patebit; An nim. infans sit expositus in loco publico & obvio, aut in loco solitario & periculoso. Priori casu subdisting. aut infans adhuc vivit, aut est mortuus; si adhuc est in vivis Exponens tantum relegatur, si mortuus obtinet pœna capitis *arg. l. 15. ff. h. r.* Posteriori casu itidem subdistinguitur, aut ad huc vivit infans, aut non, si prius: Pœna obtinet fustigationis & relegationis, si posterior: pœna ordinaria *arg. l. necare 4. ff. de agnosc. & alend. lib. Cz. d. tr.*

*d. tr. Cr. q. 10. Bart. in d. l. necare in fin. VVissenb. th. 13. Const. Car. art. 132.* In summa non tantum is lege Corn. de Sic. tenetur; qui hominem adultum & jam natum armis & manû violentâ injustè occidit *l. 1. ff. h. t.* sed & qui sine armis hominem cujuscunque conditionis & ætatis, sive adultum, sive infantem, & vel jam natum, vel nasciturum dolô malô interemit *l. pen. C. h. t.*

Th. XVIII.

Incidit quoque in hanc legem abortum procurans *l. Cicero 39. ff. de pœn.* si nimirum fœtus fuerit formatus & animatus qui abigitur, qualis si masculinus post 40. diem esse censetur, si fœmineus post octuagesimum diem. (Nam intra hoc temporis formatur & animatur homo secundum sententiam medicorum, referente *Zæf. h. t. n. 3.* sed ne falcem in alienum agrum immittere videar, lubens illis id disputandum relinquo) usu fori propter varietatem sententiarum partus non ante vitalis habetur quam post dimidium tempus quo mulier uterum gestavit. *Carpz. 1. q. 11. n. 5. & 6. Textus est in Const. Car. art. 133. C. quod vero x. de homicid. l. 38. §. qui abortionis ff. de pœn. add. Goth. in d. l. 39. ff. cod.* Si vero abigatur antequam verisimiliter fœtus fuerit animatus, quia tunc necdum potest dici homo, nec commissum erit homicidium *Host. in Rubr. de Homicid. C. quod vero caus. 32. q. 2. Can. Moyses 32. q. 2. C. sicut extr. de Homicid. ideo mitiori pœnæ locus erit l. si mulierem 8. ff. h. t. Const. Car. d. art. 133. vel exilii vel relegationis, l. 39. ff. de pœn. l. 4. ff. de extraord. Crim. VVesenb. h. t. n. 7.* Quæ distinctio in pœnarum irrogatione meritò attendenda, cum non tantum nitatur jure humano, sed & Divino *Exod. 21. v. 22. & seqq. d. l. 38. §. 5. ff. de pœn. C. sicut. 10. caus. 32. q. 2. Harpr. ad §. 5. Inst. n. 33. de P. 7. Const. Car. art. 131.*

C

art. 131.

art. 131. & art. 133. **Straff der jenigen so Schwangern Weibsbilderen Kinder abtreiben.** Si vero mulier propinato obortionis poculo mortua sit, obtinet poena capitatis *d. l. 38. §. 5. VVissenb. th. 12.* quæ poena etiam obtinet si matres ipsæ abigant partum *VVesenb. h. t. n. 7.* Propinans mulieri poculum ne concipiat, non videtur puniendus hâc lege Corn. quia quamvis impedierit conceptionem, & spem hominis, non tamen potest dici occidisse id quod nondum est *Navarr. in Manual. c. 27. n. 223.* Ast hoc non feret impune, quia ne quidem spem hominis licet impedire sub poena relegationis vel alia arbitrariâ *l. 1. §. 9. ff. de ventre in poss. mitt. Gomez. 3. var. c. 3. n. 32. Cujac. 19. obs. c. 9. Fach. 9. controv. c. 101.* E contrario si quis dederit mulieri medicamentum non tamen malo animo, sed malo exemplo ad conceptionem, & exinde persona mortua sit, incurrit quoque poenam relegationis *l. 3. §. 2. ff. h. t.* Qui puellæ ad conciliandum ipsius amorem dat philtum vel poculum amatorium, licet citra animum necandi, & ex eo perierit, quoque tenetur lege Corn. de Sic. *per apertum textum in d. l. 38. §. qui abortionis 5. ff. de pen. Damh. c. 61. n. 87. & 88. Struv. Exerc. 48. th. 8.* quia fecit rem illicitam dando poculum amatorium, ex quo verisimiliter posset sequi mors, quamvis non adsit dolus quo ad homicidium, adest tamen dolus quo ad istud factum, poculum enim ejusmodi conficitur ex herbis venenatis, rebusque aliis illicitis, quæ ut plurimum furorem pro amore conciliant, & tandem mortem: *Hinc Ovidius recte monet, quod amatores blanditiis, non veneficiis; verbis non herbis; officioso cultu non fastuoso vultu querere debeant amorem.*

Th. XIX.

Tertia species homicidii singularis qualificati dicitur  
 Latro-



Latrocinium, quod est homicidium spolii & lucri gratia commissum; Dicuntur enim latrones qui homines per vim, ubicunque locorum, sive ruri & in viis publicis, sive in ædibus, quibuscunque armis non tantum suis rebus spoliant, sed & mortem eis inferunt, licet nil lucrati fuerint; Estque pœna illorum ultimum supplicium quod rotâ inferitur, quâ eorum crura ad in ternecionem contunduntur *Const. Car. art. 130. Cz. 1. q. 22. & 23.* Huc potest referri & is, qui aliquem è medio tollit, ut ejus uxorem vel potius viduam postea in matrimonium ducat *Cz. d. q. 22. n. 53.* Nec non is qui latroni auxilium & opem præstat, stando in excubiis; Aut si consentiat in crimen ut de spoliis participet *Cz. d. q. 22.* Quin & si quis ob spolium vel furtum antea perpetratum, eum, qui id indubiè revelaturus erat, occiderit, latrocinium committit, & per consequens supplicio rotæ subjugandus erit, ob rationem quoniam in latrocinio non tantum lucrum præsens aut futurum spectatur, sed quodcunque commodum. Conatus in hoc crimine si ad actum remotum tantum pervenerit punitur arbitrariè *Const. Car. art. 178. §. aber in einen sal* / si verò ad actum proximum & immediatum e. g. si in via publica lethaliter vulneratus spoliatur supplicium extendi potest ad pœnam gladii, & cadaver rotæ quoque imponendum *l. un. de Malif. & Mathemath. Const. Car. art. 126.*

Th. XX.

Ob singulares hujus criminis enormis & aggravantes circumstantias v. g. si id aliquoties fuit reiteratum, aut in personas illustres, & in dignitate constitutas commissum, pœna latrocinii ita exasperatur, ut prius crura & brachia contendantur, postea demum collum germ.  
**von unten auff räderen /** & antequam latro ita crurifra-  
 C 2 gio

gio plectitur, trahæ illigari, ad locum supplicii jumentò trahi, & forcipibus candentibus lacerari solet *Const. Car. Crim. d. art. 130. & d. art. 137.* ibi: **als mit zangen reissen etc. die straffe mehren** / tot vero vicibus, quot personæ occisæ fuerint, dempta unâ, ustulandus est latro, eoque ad effectum tali modò perducto, postmodum cadaver rotæ imponitur. Necessè verò est ut Judici constet indubitatè de corpore delicti, ut superius dictum est, singulisque latrociniis; sin secus, non tot vicibus, quot latrocinia confessus est latro, sed quoties crimen ab eo commissum ex corpore delicti constat, adustio fieri debet; Cavendum tamen ne propter innumera commissa latrocinia adustio ultra sex vices repetatur; Possèt enim aliàs contingere, si pro singulis latrociniis commissis uretur, ut ante pœnam huic crimini præfinitam vitam cum morte commutaret. Judex tamen pro ratione & qualitate facti, infirmitatis rei, & aliarum circumstantiarum numerum præscriptum diminuere potest. Solent quoque tot baculi, quot latrocinia commissa, rotæ appendi; aliquando etiam tabula, in qua recensentur omnia rei crimina affigitur, testante *Carpz. q. 23.*

Th. XXI.

Huc quarto pertinet homicidium qualificatum dictum Assassinium, ab Assassinis Asiæ incolis, qui in gratiam religionis Mahumetanæ Christianos interficere solebant *Cz. q. 19. Simon von Lewen cens. for. lib. 5. c. 13.* Estque quod ab aliquo mercede ad hoc conductò ad alterius mandatum committitur *c. r. in fin. de homicid. in 6to.* Propriè illud Assassinium dicitur, quando homo infidelis conducitur ad occidendum Christianum; Extensum tamen est ad omnes conductos homicidas; Qui ad effectum perducit, vocatur assassinus, vulgo **meuchelmörder** / qui

qui verò mandat, sive conductor, assassinator dicitur *Ludw. Diss. 18. th. 5. lit. C.* Poena prioris est rota, **wirdt mit dem rade vom leben zum thode hingerichtet** / posterioris poena gladius, posteaque cadaver ipsius rotæ in altum erectæ imponitur *Cz. d. q. 3.* Ut autem poena hujus sceleris locum habeat, hæc tria conjunctim requiruntur 1. Mandatum ad occidendum 2. pecunia vel alia merces interveniens 3. ut hujus præmii intuitu, vel spe consequendi assassinus mandatum exequatur.

Th. XXII.

Executienda porro hic venit quæstio: an se ipsum interficere volens teneatur ordinariâ legis Corneliæ poenâ? Quod affirmandum videtur *per l. 38. §. fin. ff. de poen.* ubi, militem qui sibi manus violentas sine causa intulit, capite plectendum esse, sancitur; Hodiè tamen, cùm longævâ consuetudinê ab hoc jure recessum sit, conatus homicidii pro effectu non punitur, nisi in atrocissimis, ut crimine perduellionis. *Gail. de p. p. 1. c. 14. n. 16. & seqq. Myns. 3. obs. 9. Sand. 5. Decis. 9. def. 11. Anth. Matth. p. 880. Clar. in prax. Crim. §. fin. q. 99. n. 1. Wesenb. hic n. 7. & 16. Gomez. d. c. 3. n. 14.* sed poena extraordinaria decerni solet *arg. l. 3. §. 6. de bon. eor. qui ante sent. l. 13. ff. ad L. aq. Wesenb. th. 13. & seq. Menoch. cas. 284. n. 22. & 25. Cz. q. 2. n. 37. & seqq.* Si quis verò se ipsum plane interficiat, quæ species homicidii dicitur *αὐτοκτονία*, de poena quæri non potest, cùm crimen mortalitate sit extinctum, & sibi ipsi mortem consciverit; Mors namque omnia solvit; Si tamen id fecerint ex mala alicujus delicti conscientia, vel in scelere deprehensi, aut confessi vel convicti de crimine capitali, tunc primo bona ipsorum de Jure Civili publicantur *l. 3. C. de bon. eor. qui mort. sibi consc.* scil. si tale ab eo erat crimen perpetratum, pro-

pter quod etiam bona erant ab eo auferenda, ut in Crimine læsæ Majestatis, hæresis &c. *Auth. Bona damnatorum C. de bon. damnat. aliàs secus. l. 1. 2. C. de bon. eor. Const. Car. art. 135.* De Jure Can. denegatur illis Ecclesiastica sepultura *C. placuit 12. cas. 12. q. 5. C. Si non licet 23. q. 5.* Moribus hodiernis cadavera eorum sub tecto domus vel per fenestras dejiciuntur, vel sub limine domus extrahuntur, & per carnificem comburuntur, vel sub patibulo aut in alio loco inhonesto sepeliuntur, quæ dicitur canina sepultura *Damb. pr. Crim. c. 20. Jul. Clar. §. fin. q. 51. Carpz. p. 1. q. 2. n. 30. Heig. lib. 2. q. 36. n. 64. & q. 37. n. 32. & 33. Schneidew. ad §. 3. Inst. de 7. & 7. n. 6. & ad §. 9. de Rer. div. n. 9.* Sin vero in phrenesi, ardente febri, melancholia, aut alia ex causa quis sibi mortem intulerit, opus est commiseratione, & neque in cadaver animadvertitur, neque bona confiscantur *d. l. 3. §. 6. ff. de bon. eor. l. 1. & 2. C. eod.* In casu dubio respiciendum erit ad vitam ante actam, si hæc bona fuerit, præsumendum est citra propositum factam esse occisionem, interim tamen ceremoniæ sepulturæ omituntur.

Th. XXIII.

Hucusque de severitate ordinariæ pœnæ homicidii tam simplicis quàm qualificati dicta sufficiant; Jam nonnulla venient differenda de ejus lenitate ac temperamento; quod nihil aliud est, quam pœnæ ordinariæ ob varias circumstantias legitima mitigatio; Siquidem pro ratione delicti commissi, ita pœna ipsi debet esse proportionata *Deut. c. 25. v. 2.*

Th. XXIV.

Quæ mitigatio primo contingit in homicidio culposo, quod ex negligentia præter voluntatem facientis committitur.

mittitur. *Damb. prax. cr. c. 84. & seq. Gilhaus. in arb. Judic. crim. cap. 2. tit. 12. n. 7.* Hinc putator etsi per negligentiam non proclamaverit, cum hominem dejectione rami interficeret non hac L. Corn. sed Aquil. tenetur §. 3. *Inst. de L. aquil. l. 7. ff. h. t.* aliaque ejusdem generis exempla plura recensita *vid. in l. 31. l. 45. §. pen. ff. ad L. aq. C. continebatur C. Dilectus C. Johannes x. de homicid. & apud VVesenb. in paratit. h. t. n. 23. Farinac. tr. cr. p. 5. q. 126. n. 17. & seqq. Bocer. lib. 2. tit. 1. n. 78. & seqq.* Unde hoc in casu rei illicitæ operam dando, ex qua mors citra mentem & opinionem occidendi per accidens sequitur, v. g. aliquid faciendo quod est prohibitum, uti lapidem projiciendo in locum publicum &c. *l. 7. §. 4. l. 6. §. fin. l. 52. §. fin. ff. ad l. aquil.* aut rei licitæ quidem, non tamen adhibendo eam diligentiam, quam ad homicidium averendum adhibere debebat, *d. C. continebatur & C. Presbyterum x. de homicid. l. 41. 45. §. fin. ff. ad l. aq. Const. Car. cr. art. 146.* v. g. si quis non debito modo, & loco conveniente bombardam explodat, aut sagittam projiciat, minimè reputato, utrum perambularet quis nec ne, punitur, non ordinariâ legis Corneliæ poenâ *l. 1. §. 3. ad l. aq.* cum absit dolus & animus occidendi & homicidium tantum per accidens sit subsequutum *Harpr. ad Inst. §. 5. n. 115. de Publ. Jud. sed arbitrariè, pro quantitate culpæ admittæ, & qualitate personæ puniendus erit Exod. 21. v. 31. Deut. cap. 9. Num. 15. Jos. 20. l. 1. & 4. C. h. t. Const. Car. art. 146.* ibi in verbis: *aber dennoch ist mehr barmherzigkeit bey solchen entleibungen &c. Brun. in Pr. crim. inquisit. cap. 9. n. 55. Cz. q. 27. VVesenb. h. t. n. 23.*

Th. XXV.

Homicidium plane casuale quod casum improvisum sine dolo & culpa sequitur, germ. *eine ohngesehliche entleibung /*

**leibung** / quando quis dat operam rei licitæ, & nullo jure prohibita idque facit licito modo, & tempore, & in loco etiam consueto & ordinario v. g. si miles in campo ad jaculandum destinato, transeuntem jaculis ludendo trajece- rit nullô modô punitur *l. 6. C. de Pign. act. leg. 1. & 5. C. h. t. l. 7. §. 4. ff. ad l. aquil. §. 4. Inst. eod. l. milites 12. ff. de custod. & exhib. reor. Math. Steph. ad Const. Car. art. 146. §. Sane. circa fin. Clar. §. homicidium. n. 3. & seqq. Damh. c. 85. item si in licito ludo aliquis inopinatè occidatur Gail. 2. obs. 110. n. 38. eleganter Cujac. lib. obs. 19. c. 10. cum non tam homicidium quàm dolendum in fortunium ap- pellandum sit *Cz. d. q. 27.**

## Th. XXVI.

Pœnam ordinariam cessare facit Ætas quoque, veluti si quis in tenella constitutus ætate, homicidium com- mittat; Nam in omnibus ferè pœnalibus judiciis, & ætati & imprudentiæ succurritur *l. 108. ff. de R. J.* Ideo infanti, qui septem annis minor est (ut pluribus declarat Menoch. lib. 2. de arbitr: jud. quest. cas. 57. n. 7. & seqq.) propter defectum usus rationis omnino remittitur legis Cornelie pœna *l. 12. ff. h. t. c. 1. x. de delictis pueror: & homicidium ab illo commissum pro casuali reputandam d. l. 12. Jul. Clar. lib. 5. sent. §. fin q. 6. n. 2. Gail. 2. obs. 110. n. 31. in maleficiis enim non exitus, sed animus & malevolum propositum facientis spectatur; Ætas sicquidem et pro- positum delinquentis distinguunt maleficium *l. 14. ff. h. t. l. pen. ff. ad L. Jul. de adult. infantes vero usque ad septi- mum annum doli non sunt capaces, nec quod agunt, intelligunt l. 18. C. de Fur. delib. l. 3. §. fin. ff. de sepulch. viol. imo furioso æquiparantur, qualis & ipse ab omni pœna immunis est, quod juris est indubitati, cum nihil quicquam velle vel agere censeatur *l. 47. ff. de acq. vel omitt. hered. l. 40.***

*l. 40. & l. 124. in fin. ff. de R. 7. sed per omnia & in omnibus absentis vel quiescentis loco habeatur Const. Car. art. 150. §. 2. l. 2. §. pen. ff. de jur. Cod. Gail. 2. obs. 110. n. 20. & seqq. pro delicto autem tempore dilucidi intervalli commisso utique puniri potest ibid. n. 21. In iis qui infantiam excefferunt, seu pubertati proximis, lex Cornelia pœnam homicidii non plane remittit, sed tantum mitigat; dummodo sint doli capaces d. c. 1. ibi gloss. ad verbum grandiusculis x. de delict. pueror. arg. art. 164. ibi so der dieb oder diebin ihres alters unter 14. jahren wâren / die sollen nicht vom leben zum thode gerichtet werden; Quod propter identitatem rationis ad alia delicta extendi potest arg. l. 32. ff. ad l. aquil. quod si forte malitia delinquentis supplet ætatem, merito ultimò suppliciò afficiendus erit d. art. 164. ibi wo aber der dieb nahe bey 14. jahren zc. Minores 25. annis quin teneantur ordinariâ legis Corn. pœnâ dubium non est, quia jam, aliqua ætatis & judicii stabilitate gaudent, & sic quia contra leges committunt indigni sunt earum beneficio, l. 37. ff. de Minor. Ferrar. ad l. 108. ff. de R. 7. nisi miseratio ætatis judicem moveat ad mitiorem pœnam infligendam d. l. 37. de Min. Fach. controuv. lib. 1. c. 71. quod tamen non est regulare Stephan. in not. ad art. Const. Car. 179. n. 3.*

Th. XXVII.

Homicidium ex ebrietate commissum, si ea magna & enormis fuerit, quæ mentem aufert, & rationis usum impedit, non ordinariâ, sed mitiori pœnâ plectendum venit l. 6. §. 7. ff. de Re milit. vel fustigatione vel relegatione *Vvesenb. in paratit. h. t. n. 24. Cz. q. 146.* Ubi enim ebrietas ibi furor dominatur *C. Venter. s. distinct. 35.* & statum mentis evertit *C. Vinolentum 6. dist. 35.* nec est animus in sua potestate ebrietatê devinctus *inquit Seneca*

D

*Epist.*

*Epist. 83.* sed dicta de mitigatione pœnæ procedunt in illo, qui casu quodam inopinato, ignorata vini vi, ob cerebri imbecillitatem inebriatus est; Simpliciter *trunckheit* vocatur (sic Noah, qui primo vineam plantavit, dulcedine vini correptus aliquando fuit ebrius *Gen. 9. v. 20. 21.*) nam is Ebrius mortuo & furioso comparatur *C. Sane 15. q. 1.* & per consequens in eo abest dolus & voluntas peccandi; & ita *d. l. 6. §. 7. ff. de Re milit. est intelligenda;* Secus verò, si ex ebriositate *vertrunckheit oder gewohnheit vol zu sein* / quæ ex consuetudine & ex habitu vitioso nascitur, sciens prudensque inebriatus eadem perpetraverit; Eò casu talis pœnâ ordinariâ coërcebitur *Gail. 2. obs. 110. n. 23. & seqq. VVissenb. th. 16. Dd. in l. 6. §. 7. ff. de re mil. Cz. d. q. 146.* Maximè si ebrius communiter solebat excitare rixas & turbas, benignus se ebrium tali vitio laborare; Hinc satius esset semper recordari istius Horatii:

Lusisti satis, edisti satis, atque bibisti,

Tempus abire tibi, ne potum largius æquo

Rideat, & pulset lascivia decentius ætas.

Multo magis homicidium ex levi ebrietate commissum eadem pœnâ punitur *VVessenb. d. loc. Gail. d. obs. 110. n. 27. & seqq. Cz. cit. loc.* quæ latè deducta vid. apud *Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. cas. 126.*

Th. XXVIII.

Homicidium ex justo calore iracundiæ perpetratum, durante sc. adhuc ira & perturbatione, non subjacet pœnæ ordinariæ, modo talis fuerit ira, quæ delinquentem mente alienavit, ut is totò animò conturbatus fuerit; Quod à Reo probandum; Ira namque immodica, *übermäßiger zorn* / gignit insaniam, difficillimumque est justum animi dolorem temperare *l. si adulterium 38. §. Imperator*



perator 8. ff. ad l. Jul. de adult. Const. Car. 150. princ. Ob hanc causam memini paucis abhinc septimanis Hammonæ ejusmodi homicidam à pœna ordinaria liberatum esse; vid. etiam hac de re *V. Wissenb. th. 6. Zæf. h. t. n. 61.* Si tamen quis occidatur ex ira, ex levi vel non satis justa causa suscepta, eadem tali casu faciens, non erit immunis à pœna ordinaria *Const. Car. art. 137. Gail. cit. loc. n. 35. & seqq.* Qui per jocum & lasciviam oder wan etliche zusammen schercken / aliquem occidit non subjacet legis Cornelie pœnæ ordinariæ, sed ad tempus solummodo relegatur *l. 4. §. 1. ff. h. t. Besold. in thes. pract. verb. thotschlag* ubi late deducit hanc materiam; Dormiens qui surgendo non habebat consuetudinem alios lædendi, id tamen aliquando fecit, planè etiam ab omni pœna liberatur, quoniam talis dolo caret, mortuo atque furioso, quo ad intellectum, comparatur, in maleficiis enim semper voluntas spectanda *l. 1. C. h. t.* quæ hic deficit, ergo nullum commissum malefium; Qui vero solitus est surgere, & lædere alios, cum manet pœna extraordinaria quia sciens tale vitium solus dormire aut se includendum curare debet *Gail. cit. obs. 110. n. 30. Struv. Exerc. 48. th. 10.*

Th. XXIX.

Homicidium necessarium, ein getrangter thotschlag / quod permittente naturâ in sui defensionem necessariam, servatò moderaminè inculpatæ tutelæ est commissum, nulli quoque pœnæ subjacet, *Matth. Steph. ad Inst. cent. 1. th. 10.* Defensor enim propriæ salutis in nullo peccasse censetur *l. 3. C. h. t.* & ubi nullum est delictum, ibi nulla potest esse pœna *l. 3. ff. de I. & F. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. l. 1. & 2. C. h. t. l. 22. C. de pœn. Const. Car. art. 139. & seqq.* ibi welcher eine rechte notwehr / zu rettung

tung seines leibes und lebens thut / und den jenigen /  
 der ihn also benötiget in solcher notwehr / entleibet / der  
 ist darumb niemanden nicht schuldig l. 4. & 5. ff. ad l. aquil.  
 l. 1. C. unde vi l. 2. C. quando licet unicuique sine Jud. l.  
 12. §. 1. *Quod met. caus. Obrecht de necess. defens. Cz. q. 28.*  
*Damb. c. 76. Gail. 2. obs. 110. n. 9.* imo qui contra illam vim  
 se non defendit, non minus peccat, quam si ipsemet  
 sibi manus violentas inferret; Impingit enim contra cha-  
 ritatis præceptum, quod vult ut non minus nos ipsos  
 quam proximos diligamus; Huc pertinent verba ele-  
 gantissima Ciceronis in oratione pro Milone. *Est hæc*  
*non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, acce-*  
*pimus, legimus; verum etiam ex natura ipsa arripimus,*  
*hausimus expressimus, ad quam non docti, sed facti, non*  
*instituti, sed imbuti sumus; & vim vi repellere (ge-*  
*walt mit gewalt zu wiedertreiben) naturalis ratio, omnes*  
*leges omniaque jura permittunt l. 45. §. 4. ff. ad l. aq.*  
*non modo in foro fori d. l. 3. de l. & 7. l. 3. §. 9. l. 1. §. vim*  
*vi 27. & l. 17. ff. de vi & vi arm. verum etiam in foro*  
*poli arg. Gen. 14. v. 14. & 15. Actor. c. 7. v. 24. & seqq. c.*  
*22. v. 1. & seqq. c. 23. & c. 25. v. 10. & seqq. C. jus natu-*  
*ræ dist. 1. quia in manus occisoris eum dedit Dominus*  
*Exod. 21. v. 13. Et aggressor non ab alio, sed à se ipso oc-*  
*cidi videtur Gail. 2. obs. 110. n. 9. Clar. lib. 5. sent. §. homi-*  
*cidium n. 24. Hinc culpa defendenti objici nequit C.*  
*damnum de R. 7. in 6to l. 134. in fin. l. 151. & l. 203. ff. de*  
*R. 7. De Jure Canon. Clericus Sacra peragere volens,*  
*potest in vasorem in Ecclesia impunè occidere, & postea*  
*ccepta Sacra perficere Gail. de Pac. Pub. lib. 1. cap. 16. n. 9.*  
*Insultatus regulariter omnia ad sui defensionem facere*  
*præsumitur, non vero ad vindictam; Necessitas enim*  
*doli præsumptionem excludit Gail. sep. cit. obs. 110. n. 11.*  
 Idem

*Idem de P. P. d. loc. n. 11.* Si tamen occidens fuerit author rixæ, & postea in discrimine vitæ constitutus, non potest allegare necessariam defensionem, sed subjiciendus pœnæ ordinariæ *Cz. q. 29. Idem p. 4. c. 9. d. 4. Gail. de Pac. Publ. cit. loco n. 17.* Quid verò dicendum de eo qui minantem sibi cædem & arma ostendentem occiderit, an non teneatur pœnâ ordinaria? Illis subscribo qui distinguunt; an nempe ille qui minatus est, se præparaverit ad vim inferendam, & jam immineat illi, cui minatur, an verò quis nudis verbis vel gestibus absque ulla præparatione minetur alicui cædem inferre dubium tamen adhuc sit an comminator sit vim illaturus, item si minis impetitus periculum evitare potuisset, ita ut priori casu ordinariæ pœnæ locus non sit, sed arbitrariæ relegationis vel carceris, Posteriori verò casu sustineat pœnam ordinariam vid. *Brun. in process. crim. inquis. cap. 9. n. 59. ibique alleg. auth.*

Th. XXX.

Non tantùm defensio sui ipsius est permessa, sed quandoque & vitam alienam propugnare debemus; Primo ratione superioritatis servus propugnat Dominum, etiam cum discrimine propriæ salutis *textus express. in l. 1. §. 28. ff. ad SC. Syllan.* subditus Principem, vasallus Dominum, quem etiam in prælio defendere tenetur, sin secus, feudo privatur *lib. 2. feud. tit. 28.* ita miles, qui præpositum vel ducem deserit, & is trucidatus fuerit, ultimo supplicio afficiendus est *per l. 3. §. ult. l. 6. §. pen. ff. de re milit.* Ratione conjunctionis liberi tenentur parentes, & parentes liberos defendere, maritus uxorem & è contra; Idem obtinet in extraneo ut si is sit constitutus in periculo vitæ, *Bart. in l. ut vim ff. de Inst. & Jur.* & periculum aliter evitare non possit quilibet absque propriæ salutis



salutis dispendio eum rectè defendat etiam cum aggressoris intereptione, *Exod. 2. v. 11. & 12. Gen. 14. v. 13. seqq. Actor. 7. v. 24. C. dilecto de sentent. excom. in 6to Can. non inferenda 7. caus. 23. quest. 3. & Can. seq. Const. Car. art. 150. §. 1. ibi Item so einer zu rettung eines anderen leib / leben oder guht / jemandt erschlägt zc.* Alias peccat contra charitatem proximi, si aggressio auxilium denegaret *arg. l. 3. §. quod igitur ff. de vi & vi arm. arg. l. 50. & l. 109. ff. de R. 7.* huc pertinet illud Ovidii

Et caret auxilio qui non tulit, utque reliquit

Sic linquendus erit, legem sibi dixerat ipse.

Pro sola conservatione rerum cædes impune non conceditur *l. 52. §. 1. ff. ad l. aquil.* cum vita hominis etiam rebus pretiosissimis sit præferenda *l. 21. C. de S. S. Eccles.* vitæque semel amissa, nullo modo recuperari potest, aut bona ablata variis jure proditis modis repeti possunt; limit. tamen, nisi læsus simul constitutus sit in discrimine vitæ v. g. si aggressio bonorum, altero se opponente, in aggressionem corporis degeneret, Tunc enim meritò cunctis resistendi tribuitur facultas, ut mortem, quam aliis minatur, excipiat, & id quod intendit incurrat, uti communiter sentiunt *Dd. Brun. dict. tract. & cap. n. 57. vid. etiam l. 1. C. quando licet unicuique sine jud. servato tamen omninò moderamine inculpatae tutelæ c. 2. x. de homicid. l. 1. C. unde Vi. Cujac. lib. 5. obs. c. 18.* Cui etiam consequens est, quod furem nocturnum liceat occidere *Exod. c. 22. v. 2. C. 3. x. de homicid. l. 4. ff. ad l. aquil. l. 9. ff. h. t. Zæf. h. t. n. 49.* cum vita simul periclitetur, præsumptio etenim, quod occidendi animo advenerit militat contra ipsum, ita tamen si sine periculo nostro ei parcere non potuimus. *§. 1. l. itaque 4. ff. ad l. aquil. l. 9. ff. h. t.* furem verò diurnum non aliter nisi cum telo se defendat. *l. itaque 4. ff. ad l. aquil.*

Th. XXXI.

Th. XXXI.

Antequam hinc discedamus, dispiciendum erit, quænam & quot sint requisita attendenda, ut rectè dicatur moderamen inculpatæ tutelæ esse servatum; & quidem primò requiritur, ut præcesserit offensio, seu insultatio injusta *Const. Car. art. 140. & 142.* ubi quæri solet, an quis primum ictum aggressoris expectare & sustinere debeat, quod simpliciter negandum, si ex eo irreparabile damnum oriri possit, v. g. si quis sclopeto, vel bombardâ, vel alio instrumento ad internecionem apto minetur, tunc alter mature resistere, sibi in tempore prospicere potest *l. 3. & 4. C. h. t. l. 3. §. 2. ff. de vi & vi arm. dict. art. 140.* ibi ist auch mit seiner gegenwehr bis er geschlagen wurde zu warten nicht schuldig *l. ult. C. ex quibus caus. in integr. Gail. de pac. publ. lib. 2. c. 16. n. 21. & lib. obs. pract. 110. n. 13. Matth. Steph. Cent. 2. q. 8. Bronckh. 2. Miscell. assert. 51.* Nec quisquam de Jure Civili in vasorem armatâ manu, gladio evaginato ante se stantem fugere tenetur, si fuga ei foret nociva, & vitæ periculum afferret, *l. 3. C. h. t. arg. l. 3. ff. de 7. & 7. d. art. 140.* in verbis und der benöthigte kan süglich ohne sârligkeit oder verlesung seines leibes / lebens / ehr / und guten leûmuhts nicht entweichen / *Gail. 2. obs. 110. n. 15. Idem de p. p. dict. loc. n. 21.* nam si fugeret, posset ei à tergo ab aggressore mors inferri; & ut compendio dicam fuga propter lapsus & alias causas, quæ accidere fugienti, & adversario ad offendendum commodiorem viam sternere possunt, valdè periculosa est, ideoque secundum vulgatum satius erit prævenire, quam præveniari, meliusque est in tempore occurrere, quam post exilium vindicare *l. 1. C. quando licet unicuique sine jud. se vindic. l. ult. in fin. C. in quib. caus. in integr. rest. non est necess.*

*necess.* turpis præterea & probrosa est nonnunquam ingenuo homini fuga *l. 6. §. 3. ff. de Re milit. d. art. 140.* aut si datur occasio fugiendi, & quis periculum satis evadere possit, de Jure Divino & Humano fugere tenetur *arg. Joh. 8. v. ult. Luc. 6. v. 31.* de Jure Can. idem statuitur *Abbas in C. Significasti n. 2. de homicid.* hinc Clericus, si non fugiat, cum possit, incurrit irregularitatem *Gloss. in c. 10. & Clem. Un. de homicid.*, clerico enim est turpè pugnare *x. de cler. percuss.* E contrario verò fugere ei est honos *Zæf. h. t. n. 48.* Quin & de Jure Civili *§. 2. Inst. de l. aquil. l. 45. §. 4. ff. eod. l. 2. C. h. t. Gail. 2. obs. 100. n. 8. in fin. Gilhaus. Arbor. crim. tit. de Homicid. cap. 2. n. 26.* Secundò requiritur *modus*, ut sc. defensio non excedat modum offensionis; Hic quæstio solet moveri, an requiratur paritas armorum? respondetur paritatem armorum ratione speciei necessariam non esse, secus vero ratione periculi intentati, sic v. g. rusticus clavâ, ligonê vel simili tali instrumento hominem petens, gladiò rectè occiditur, quia ex ejusmodi ictibus mors facilimè contingere potest; Tertiò requiritur *tempus defensionis*, nimirum ut in continenti fiat, dum instat periculum, vel offensione adhuc durante *l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm. l. 7. §. 4. ibi planè si cedentem ff. ad l. aquil. d. art. 142. ibi in der nachfolge c. 18. §. fin. x. de homicid.* unde si ex intervallo, vel aggressorem fugientem, vel ab alio detentum, vel ita vulneratum, ut amplius obesse nequeat, occiderit, quia sapit vindictam, non erit excusandus ab omni pœna occisor *Cz. q. 28. Damh. c. 76. n. 20. Struv. Exerc. 49. th. 55.* Quartò requiritur ut vix aliter, quam occidendo adversarium periculum evitari poterit *Id. in tract. de Vindict. priv. cap. 4. per tot.*

Th. XXXII.

Th. XXXII.

Hiscæ probè ita observatis, & legitime probatis, quia defensio necessaria est facti, ideo probanda *Const. Car. art. 141.* ibi welcher sich aber nach erfindung der that einer gethaenen nothwehr berühmet zc. beweiset er die nicht / wirdt er schuldig gehalten nam quæ consistunt in facto non præsumuntur *Gail. 1. obs. 13. n. 3.* ad quod sufficit si probetur (quod in modum exceptionis fieri solet) primam invasionem ab interfecto fuisse factam, ex hoc enim defensio præsumitur, & quidem necessaria *art. 142. §.* So aber der Kläger zc. tali inquam modo eadem faciens liber est ab omni pæna, tam ordinaria quam extraordin. *d. art. 139. l. 2. C. h. t.* Propter favorem innocentiae, etiam ad probandam necessariam defens. admittuntur testes minus idonei, & aliàs suspecti; Testes deponentes super credulitate plenam quoque fidem faciunt *Gail. de p. p. lib. 2. c. 16. n. 22.* ut & conjecturæ, & præsumptiones, aliquando etiam juramentum defertur; si verò deficiat in probatione, qualitas personæ attendenda erit, si ea pro reo militet, v. g. si fuerit vir probus, non rixarum amans, sed qui consueverit honestè vivere, & alterum non lædere, occisus verò contrà, rixosus sit, absolvendus est, sine secus, torturæ aliquando subjicitur *c. 1. de præsumpt. l. 1. C. h. t. Cz. q. 33.* At si hoc moderamen in defensione excesserit, ordinaria pœna homicidii illi quidem remittitur propter justum dolorem *p. l. 38. §. 8. ff. ad l. Jul. de adult.* ubi qui ex justo dolore, uxorem in adulterio deprehensam interfecerit non legis Corneliæ de Sicariis pœnam luet, quia tamen terminos inculpatæ tutelæ excessit, extraordinariam pœnam merebitur, pro ratione culpæ, & commissi excessus vel relegationis vel mulctæ, vel carceris, pro ut Deum timenti Judici æquum visum fuerit, Si vero ex-

E

ro ex-

ro excessus magnus & dolosus quodammodo fuerit, pœna corporis afflictiva à Judice dictari potest *Gail. de p. p. lib. 1. cap. 16. n. 19 & seqq.* vel si utrumque tam in culpa-  
tæ tutelæ, quam defensionis moderamen excesserit pœna homicidii ordinaria locum habere potest *Const. Car. d. art. 142.* ibi ist noch gar eben zuermessen / wie viel oder wenig der thäter zur that ursach gehabt habe / und daß fürder die straffe am leibe / leben / oder aber zur buß und besserung erkent werde *zc. e. g. si quis gladio leviter cæsus aggressorem jam fugientem interfecerit globo, vel si quis alapam sibi impingentem pugione occidat, quæ tamen ex genere armorum, ex modo & qualitate aggressionis, loci, temporis, & id genus circumstantiis aliis variationem recipiunt, qua propter nil certi, vel nulla regula certa de eo dari potest, cùm quandoque levis vel minima circumstantia variet jus; omnes vero circumstantias recensere, & certis regulis includere impossibile est, recte igitur judicis censuræ atque discretioni relinquatur secundum dict. art. 142.* ibi alles nach sonderlicher rath-  
gebung der rechts verständigen.

Th. XXXIII.

Dictum est paulo ante defensionem cum interneccione offendentis, non concedi, nisi quis aliter se tueri nequeat *l. 2. ibi in dubio vite discrimine constitutus C. h. t.* aut copia judicis haberi non possit *l. 1. C. quando lic. unic. sine jud.* qua ratione coronidis loco silentio prætereunda non est exinde resultans quæstio quotidiana & practica, an nimirum homicidium in duello, vulgo, vor der faust commissum impune sit? *Trent. v. 2. D. 32. th. 7. lit. H.* Respondet: Duellum cum provocante pro defensione honoris suscipere licet, & citra pœnam legis Corneliæ provocantem occidere, præsertim si judicis aut conviciatoris in judicio  
copia



copia non datur, quo casu conviciantem etiam provo-  
 care licitum est *Grava. 2. conf. 110.* Illos tamen qui in hac  
 quæstione vel homicidium approbant, vel duellum ad-  
 mittunt magis politicè quam Christianè disputare scri-  
 bit *Gail. 2. obs. 100. n. 8.* Sed Dd. quo ad pœnam infli-  
 gendam respondent communiter distinguendo; Vel e-  
 nim provocans occidit provocatum, tunc hæc regula  
 obtinet: qui effundit sanguinem hominis, per hominem  
 sanguis illius effunditor *Gen. cap. 9. v. 6. l. 1. §. 3. ff. h. t.*  
*l. 1. C. eod. c. 18. x. de homicid. d. art. 137.* **ibi ein jeder mör-**  
**der und thotschläger** *Menoch. arbitr. Jud. q. 2. cas. 292.*  
 aut vulnerat tantum, tunc arbitrarie illius iniquitas pro  
 qualitate delicti puniri potest *Jul. Clar. 5. sent. §. fin. q. 92.*  
*Vvesenb. in paratit. ff. h. t. n. 16.* vel provocatus provocan-  
 tem occidit, tunc si provocatus justâ, incensus irâ & pu-  
 gna nondum sedatâ, sed in continenti antequam ad ex-  
 traneos actus descendat, *arg. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.*  
*Const. Car. art. 140.* **ibi und der benöthigte kan füglich**  
**ohne färligkeit oder verletzung seines Leibs &c.** compa-  
 reat, & provocantem interficiat, non ordinariâ, sed pro  
 ratione doli extraordinariâ, vel relegationis, vel carce-  
 ris vel multæ pœnâ plectendus erit *Carpz. tr. Crim. p.*  
*1. q. 29. n. 75.* quia provocatus ad occidendum moveba-  
 tur justo ac intenso dolore, quem temperare difficilli-  
 mum est *d. l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de adult. arg. l. 1. §. 5.*  
*ad SC. Turpill. & ignoscendum est. ei, qui se voluit ul-*  
*cisci provocatus l. 14. §. 6. ff. de bon. libert. Gail. de p. p. d.*  
*c. 16. n. 19. 20.* præsertim si provocatus verbis contumelio-  
 sis & injuriosis præcedentibus (**auff vorhergehende ehren**  
**verletzliche aufforderung / v. g. si provocans hisce for-**  
**malibus usus fuerit bist du ein ehrlicher kerl und kein schelm /**  
**so komme heraus / oder ich halte dich vor einen schelm**  
**und &c.**

und 2c. **Wan du nicht heraus kommest und dich revengierest**) provocantem in ardenti pugna occiderit; Quod si absque injuriis & contumelia provocatus in arenam descenderit, & provocantem è medio sustulerit fustigatione cum perpetua relegatione afficiendus erit *Carpz. p. 4. c. 10. d. 1. & 2. idem in tr. Crim. p. 1. q. 29. n. 87. & seqq.* Si verò provocatus provocantem tantum vulneraverit, pro qualitate delicti, doli, culpæ latæ & levissimæ, pro arbitrio Judicis puniendus est *Obrecht de Neces. def.*

Th. XXXIV.

Verum enim vero, quicquid & quam anxie pro & contra hoc in puncto disputetur, in Terris Imperio Brandenburgico subjectis exiguum vel planè nullum habent usum, cum duella per Edictum SERENISSIMI ATQUE POTENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS BRANDENBURGICI FRIDERICI TERTII DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI de anno 1688. planè & absolutè, absque ulla distinctione, nulloque habito respectu personarum sint prohibita. Non tantum enim si provocans provocatum, vel vice versa occiderit, pœna capitis superstitem manet, sed &, licet incolumes evaserint ambo, eandem pœnam sustinebunt, modo in pugnam descenderint *per dict. Edict. artic. Wo ferne sich nun jemandt wieder dieses unser ernstes Edict &c. VII.* si vero non deventum fuerit ad actum ipsum, sed provocatio tamen facta, luent pœnam art. V. & VI. dictatam; Quale exemplum in eorum cadaveribus, qui in duello ambo vitam finiant, & quale in illorum effigie, qui aufugerunt, vel in alio territorio morantur, statuatur, deciditur quoque *cit. art. 7. in fin. & art. 8.* Cui etiam adstipulatur Jctus celeberrimus *Antho. Matth. in tract. ad l. 48. ff. tit. 5. c. 3. n. 8.* cujus elegantissima verba huc adscribere operæ pretium esse duxi; quæ ita  
 se

se habent. Nos vero utrumque qui in singulare certamen prodeunt, capite plectendum censemus, non provocantem tantum, sed etiam provocatum; Cur enim provocatum comparemus ei, qui moderamen inculpatae tutelae excessit? cum hic in insidias incidat, ille irruat: hic arceat à se vim, & injuriam, ille etiam inferat: hunc periculum deliberare non permittat: illum tempus, ratio, amici deliberare jubeant. Ubi tamen etiam excipit casum §. præced. decisum, sc. si provocatus justa incensus ira in continenti provocantem occiderit, quod tunc à poena gladii excusandus sit; quia ignoscendum est ei, qui provocatus se ulcisci voluit *d. l. 38. §. 8. ff. ad. L. Jul. de adult. l. 14. §. 6. ff. de bon. lib.* quæ sententia quod duella sint illicita non modo juris textibus *c. 1. 2. & ult. x. de purg. vulg. l. un. C. de gladiator. l. un. C. ut armor. usus infc. princ. sit interdict. arg. l. 13. §. 3. ff. de Usufr. Nov. 85. l. in arenam 11. C. de inoff. test.* ubi prohibetur ne quis in arenam sponte prodeat, ut cum aliquo pugnet, aut armis certet; sed & rationibus fulcitur; quia per duella sæpe innocentes & absolvendi condemnantur, quod esse non debet uti superius deductum; Vincit enim in duello non justior, sed plerumque robustior & exercitior; quia ejusmodi decisio litis vel causæ per duella est dubia & fallax; Deus enim per ea tentatur, quia salus publica vel privata fortuito eventui pugnae committitur *C. Com-machiam 2. q. 4. ibidem Gloss.* cum uterque scire deberet pugnae exitum non esse in manu hominis, & eventus cruentus facile cogitari potuerit *l. quoniam multa C. ad L. Jul. de vi publ.* quare ergo deliberato vim & injuriam illaturus in singulare certamen descendit, spretâ injuriæ vindicandæ viâ judiciaria? *VVisenb. p. 2. disp. ff. 35. th. 16.* Et hæc sunt Benevolè Lector quæ de hac materia criminali

nali

nali non quidem ex professo, & pro ejus dignitate, sed exercitii gratia pro ingenii mei tenuitate in has pagellas projicere volui ac potui, in quibus si hallucinatus sum, aut accurata minus, non pauca forte irrepsert, ea ut boni consulas rogo, omnia censuræ tuæ rectius sentientis submitto, me non promptius errantem monebis, quam ego te monentem sequar; Deo interim pro Divina assistentia, quod hucusque studiis meis tam clementer adfuerit, devotâ mente submissas ago gratias, eidemque ulterius negotia mea, totamque vitam commendo.

Soli Deo Uni & Trino, Patri, Filio & Spiritui Sancto, tanquam omnium saniorum legum Authori, sit Laus, honor & Sempiterna Gloria!

**F**Loribus ecce frutex clarescit, fructibus arbor,  
 Viribus ecce patet quælibet herba suis!  
 Aureus aurato splendescit fulmine Titan,  
 Pallida pallenti lumine Luna micat.  
 Quid juvat ex nostris laudes Tibi quærere verbis  
 Ramackere? Tuum sponte coruscat opus,  
 Sicæ comminitans ultorem sanguinis enses,  
 In Diros Sancto quem Themis ore vibrat.  
 Gratulor! ut cernis, respicit Tua Tempora Laurus,  
 Collatum Digno præmia digna viro!

*Nobilissimo Domino Autori felix hoc Academicæ honoris presagium amica & sincerâ mente edidit*

WILH. CRUSIUS. JCr.  
 NO-

NOBILISSIMO & CONSULTISSIMO  
V I R O,

DN. JOHANNI THEODORO  
RADEMACHERO,

*Inter Astræ Sacerdotes summa cum  
laude cooptando, Sacrum.*

**A** Stræ decus & Themidos justissima cura,  
Nec non Flos Patriæ, RADEMACHERE, Tuæ:  
Ut Themis alma Tui vidit monumenta laboris,  
Et partum studiis nocte dieque decus:  
*Tu meus, inquit, eris meritis & jure Sacerdos,  
Anchora certa Bonis, Malleus usque malis:  
Jamque Polo rursus Terras Astræ revisam,  
Me revocat studium, RADEMACHERE, Tuum.*

*Amicitie monumentum  
L. M. P.*

HENR. CHR. DE HENNIN.  
D. & P. P.

---

**F**Errea nunc vere sunt sæcula: plurima ferro  
Heu tristi fato Mars homicida rapit!  
Sæcula sed venient Saturnia si pia Jura,  
Et fas atque fidem terra beata colet.

Tu

Tu facito, ut redeant hæc tempora RADEMACHERE,  
Et toto niteant Jusque piunique foro.  
Sic Tibi ridebunt semper Themis & bona Juno,  
Sic Tibi pro votis aurea sæcula fluent.

*Hisce Nobilissimo & Consultissimo Dn. Do-  
ctorando, supremos in Jure honores  
ritè ambiendi, ex merito amica mente  
& manu gratulatur*

CLEMENS BERG, J. U. D.  
Moral. & Civil. Prof. Ord.



Duisburg, Diss., 1661-99

(1)

ULB Halle

3

004 527 046



Sb

107







FIGURALIS

C A,

1697

24

~~19~~  
337

# DIO.

E  
MAX.

RITATE

*Consultissimi*

## RDINIS,

quæ Teutobur-  
RSITATE.

Honoribus & Pri-  
btinendis

*è subicit*

RHAMACKER,  
estphalus.

*Julii 1697.*

ENUM,  
miæ Typographi,  
VII.

